

**www.e-rara.ch**

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem  
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

**Valerius, Cornelius**

**Antverpiae, 1574**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De schematibus seu figuris.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

nullum exstat nomen, significetur: vel ornatus apud poetas: vt, *Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris Incipit, & dono diuū gratissima serpit. Quod si Periphrasis orationi vitium magis, quam elegantiam adferat, Perissologia dicitur. Hyperbole siue Superlatio, est oratio superans veritatem, alicuius augendi minuendique causa. Virgil. Fugit ocyor Euro. Et, Vix ossibus hærent. Et, Geminiq; minantur in calum scopuli. Cic. Vomens, frustis esculentis gremium suum & totum tribunal impleuit. Per Emphasim dicuntur hæc, scelus, pestis, carcer, pro scelesto, pestilenti, & carcere digno: niue candidior, limace tardior, Proteo mutabilior, Cyclope immanior, Thrasone gloriosior. Catone seuerior, Timone inhumanior, milite gloriosior. Vide Erasmus in Commentariis de Copia. Cum hæc recognoscere, incidi fortè in Valentini Erythrai libros duos, vnum de figuris Grammaticis, alterum de tropis, qui de vtrisque scripsisse mihi videtur accuratissime: dignus qui studiosè legatur.*

De Schematibus seu figuris.

Differentia  
schematum &  
trop. iam.

Schema duplex.

Quid intercon-  
formationem  
verborū & sen-  
tentiariū inter sit,  
Cic. lib. iij. de  
Orat.

SCHEMA vel figura proprie, est quedam arte nouata dicendi ratio, & quasi gestus quidam orationis, in quo necesse non est, id quod in tropis fieri solet, mutare vocum significationem. Schematum genera duo sunt; vnum verborum seu λέξεις; alterum sententiarum seu διαβολας. Inter qua hoc interest, quod verborum conformatio, si verba mutaris, vel ordinem non seruaris verborum, tollitur: sententiarum permanet, quibuscumque verbis vii velis. Illa in vno sæpè verbo continetur: hæc totius sententiæ comprehensione. Est igitur figura λέξεις seu dictionis conformatio, & quasi

Hyperbole, emē-  
tiēs superiectio.  
Fa. Sed huius rei  
seruetur mem-  
sura quædam.  
Quamuis enim  
est omnis hy-  
perbole vltra fi-  
dem, non tamē  
esse debet vltra  
modum: men-  
ditur quidem,  
sed non ita, vt  
mendacio falle-  
re velit. Fab. lib.  
viij. cap. vii.

quasi gestus quidam orationis, qui in verbis est, seu verborum situ. Hoc schematis genus duplex est; Schema  
λίξασ  
duplex.  
Grammaticum, quod à grammaticis tradi solet, & Rhetoricum, quod à rhetoribus.

## De figuris grammaticis.

APVD grammaticos figurarum genera duo sunt; Grammaticum  
genus duplex,  
verborum sin-  
gularū, & con-  
iunctorum.  
vnum verborum singulorum, alterum coniunctorum: quorum superius poetis concessum est, oratoribus negatum; quod in versu Metaplasmos dicitur, in oratione verò soluta Barbarismus. Posterius in consecutione spectatur; quod genus grammatici vocant locutionis & constructionis. paulumq; à communi grammaticæ consecutionis siue syntaxeos ratione recedit. Metaplas- Metaplasmos.  
mus dictus est, quod afficiat & veluti transformet verba, contra communem loquendi seu scribendi consuetudinem, eorumq; vel litteras vel syllabas, vel quantitatem, necessitatis, aut etiam ornatu causa in carmine immutet. Cuius species numerantur hæ;

Prothesis, appositio, est littera vel syllaba ad caput Prothesis.  
ipsius verbi adiunctio; vt gnatus, gnarus, gnauus, tetuli pro tuli. Aphæresis, detractio, est littera vel syllaba de initio dictionis abiectio, vt, Ruit omnia late, pro eruit: temnere, pro contemnere. Sed mittere sanguinem, pro emittere, & mittere pro tacere & omittere, vsitata sunt. Epenthesis, est littera vel syllaba in medio verbi interpositio: vt religio, nauit a. simillimus, alituum, Mauors, cinctutus. Syncope, imminutio, est littera vel syllaba è medio dictionis reiectio: vt, repostum: Epenthesis.  
accestis, pro accessistis: exstinxisti, pro exstinxisti. Sed nosti, pro nouisti: redij, pro rediui, & quæ similia sunt, Syncope.  
etiam in